

A002

Geschichte des Klosters, Jubiläen

scan  
BlattKönig Heinrich vii bestätigt die  
Überlassung eines Platzes

scan 01 Ausdruck A3 in Klettmappe

H. dei gratia Romanorum rex et semper augustus,  
 universis hoc scriptum inspecturis gratiam suam et omne  
 bonum. Universitati vestre notum facimus, quod  
 donationem aree et cuiusdam vie adiacentis, fratribus  
 Predicatoribus a civibus nostris in Ezelingen noviter  
 collatam, ratam habemus, immo nobis in hoc inpensum  
 servicium reputamus. Quidquid vero predictis fratribus in  
 eadem area per sententiam iudicum eiusdem civitatis est  
 adiudicatum cum via contigua, confirmamus et, ne  
 quisquam super hoc ipsos audeat perturbare, presentem  
 paginam sigilli nostri munimine roboramus. Si quis autem  
 ausu temerario contraire presumpserit, indignationem  
 nostram gravissimam incurrisse se noverit et o'ensam.  
 Datum Ezelingen, anno dominice incarnationis M°. CC°. XXX°. III°. , quarto nonas lunii, indictione VIa.

s. auch Bernhardt 1982-2 #6

